Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 793
Quelle:
Copyright:

mei blande leniterque uos alloquor &c. et ad invigilandum alienae ſaluti extimulat.

XXXII. *fol.* 125. p. 2. *Item ſermo ſancti hieronimi de humilitate ſacerdotum.* Initium: *Sicut Dominus et ſaluator noſter in euangelio nos inſtruit humilitatem tenere fratres mei* &c. Ex eod. *Comment.* in C. VI. *v.* 3. et 4. edit. *cit. col.* 522.

XXXIII. *fol.* 127. p. 2. *Item ſermo ſancti hier. de ſollicitudine ſacerdotum in populo.* Initium: *De hoc quod apoſtolus ait ad galathas. Filioli mei quos iterum parturio &c. breuiter pertractare oportet dilectiſſimi nobis* &c. Ex *eod.* in C. IV. *v.* 19. edit. *col.* 465.

XXXIV. *fol.* 129. p. 2. *Item hier. de doctrina ſacerdotum in populo.* Initium: *Beati qui ambulant in uirtutum uia, ſed ſi ad uirtutes usque peruenerint* &c. Ex eod. *Comment.* in C. IV. *v.* 15. 16. edit. *col.* 461.

XXXV. *fol.* 131. *Item ſermo ſancti hieronimi de caritate uel ſollicitudine ſacerdotum in populo.* Initium: *Hortatur nos et ammonet apoſtolus fratres kariſſimi digna conuerſatione in eccleſia dei uiuere cum dicit. Obſecro itaque uos ego uinctus in domino* &c. Ex Ejusd. *Comment. in Epiſt. ad Ephes.* C. IV. v. 1. in edit. *cit. col.* 606. Omnes hi ſic dicti *Sermones Hieronymi*, ut initia, ita et clauſulas *homileticas* habent; neque improbanda methodus iſta doctrinam *Hieronymi* cum Auditoribus communicandi, dummodo *Anonymus* noſter aut nihil de ſuo miſcuiſſet, aut conſilium ſuum aperte declaraſſet.

XXXVI. *fol.* 133. *Sermo ſancti Auguſtini de uera dilectione in libro de doctrina chriſtiana.* Idem nunc officium impenditur *Auguſtino*, ſed in eo benignius, quod Opus excerptum indicatur. Sunt vero Excerpta clauſulis *homileticis* inſtructa VII. *Primi*, cujus titulum dedimus, initium eſt: *Cum ergo quatuor ſint diligenda* &c. quod legitur edit. *Maur.* T. III. *Pariſ.* 1689. P. 1. *Lib. 1. col.* 11. *Secundum* inſcribitur: *de uera Dilectione*, et incipit: *Omnium autem qui nobiſcum deo frui poſſunt* &c. Edit. *cit. Lib.* 1. *col.* 14. *Tertium de VII. virtutibus* incipit: *Magnifice igitur et ſalubriter ſpiritus ſanctus* &c. Edit. *cit. Lib.* 2. *col.* 22. *Quartum, quibus modis quisque doctor alios docere debeat*, incipit: *In Eccleſiaſticis igitur uiris et bona et bene ſicut queque res poſtulat* &c. Edit. *cit. Lib. 4. col.* 86. *Quintum, Item unde ſupra*, incipit: *Tria igitur dictionum eſſe genera* &c. Edit. *cit. Lib. IV. col.* 88. *Sextum, Item unde ſupra*, incipit: *Doctores igitur eccleſiaſtici in omnibus ſermonibus ſuis* &c. Edit. *cit. Lib. 4. col.* 73. *Septimum, Item ut ſupra*, incipit: *Debet igitur diuinarum ſcripturarum ſcrutator* &c. Edit. *cit. Lib. 4. col.* 66. Ne vero putes *Auguſtini* Textum decurrere, ut in *Editis*. Saepe ὑστερα πρωτερα, ſaepius omiſſa quaedam, et diſtantia inter ſe connexa.